

Angelus. 11

Hoc opere continentur ordine libri subscripti.

Diui Hieronymi epistole duę. hec ad Athletam

Illa ad Heliodorum.

Ciceronis familiarium epistolarum tres ultimi libri

Magni Basilij de institutione opusculum perelegans

Platonis de cõterneda morte q̄ Ariochus iscribitur

Horacij sermonum liber primus

[Faint handwritten notes and signatures, including a large circular mark]

[1499-1500]

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

2
Epistole Hieronymi

Santi Hieronymi ad Athletam de institutione filie: docentis qualiter educanda: cui nutrici comitten-
da sit: quomodo in timore domini et i bonis moribus imbuenda. et a qua-
li preceptore sit erudienda: monentis eam grandiusculam a furore a fre-
quentia virozū. a balneis: musica: lautiori comuio et vino cohiberi. In
vultorib⁹ operibus manū ac moderatis ieiunijs exerceri: lectionib⁹ di-
uinoz ac probatoz auctorū institui. **Ac** docentis in quib⁹ potissimū
libris debeat oblectari.

Epistola.

Batus apostolus Paulus scribit ad Corinthios. et ru-
tem Christi ecclesiam sacris instruens disciplinis: inter
cetera madata hoc quoq; pposuit dicens. Si qua mulier
er habet virum infidelem. et hic consentit habitare cum ea:
nō dimittat virum. Sanctificat⁹ est em vir infidelis p
mulierem fidelem. et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem
Alioquin filij nostri immūdi essent: nūc autem mūdi sunt Sicut forte
hacten⁹ videbant nimum disciplinę vincula laxata. et preceps indulgē-
tia preceptoz. Consideret domum patris tui clarissimi quidem et erudi-
tissimi viri: sed adhuc ambulatis in tenebris. et intelliget cōsiliū apo-
stoli illud pfectiss⁹: vt radice amaritudinē dulcedo fructū temperaret
et viles virgule balsama pciola sudaret. Tu em es nata de impari matris
monio. De te et Loxotioe Paula generata est. Quis hoc crederet vt Al-
bini pōtificis neptis de pmissione martyrum filia nasceret. vt putem q
etiam gaudente auo: adhuc paruula lingua balbutiēs Christi alleluia de-
cāret: vt sginem dei in suo gremio nutriret sener. Et bene feliciterq;
expectauim⁹. Sancta et fidelis dom⁹ vnum sanctificat infidelem. Candi-
dat⁹ est fidei quem filioz et nepotum turba circūdat. Ego puto etiam ip-
sum Iuven⁹ si habuiss⁹ talem cognationem potuisse in Christo credere.
Despiciat licet et irrideat epistolam meam. et me stultum et infanum cla-
met: hoc et gener ei⁹ faciebat prius q̄ crederet: sūt non nascitur christia-
ni. Auratum squallet capitolum. Fuligine et araneorum telis oia Ro-
mę templa cooperta sunt Nouet vrbs sedib⁹ suis. et inundatis populis
ante delubra semirutata currit ad martyz tumulos. Si nō extorquet si-
dem prudētia: extorqueat saltem verecūdia. Hoc Athleta religiosissima
in Christo filia dictum sit vt nō desperes parētis salutem. et eadem fide q̄
meruisti filiam. et patrem recipias: totaq; dom⁹ beatitudine perfruaris:
sciens illud a dño repromissum. Que apud homies impossibilia apud
teum possibilia sunt. Nam q̄ sera cōfessio. Latro de cruce transijt in pa-
a y

Epistole

radisum Nabuchodonosor rex Babylonis post efferationem corporis et cordis et beluarum in heremo coniectum. mentem recepit sanam. Et ut omittam vetera. ne apud incredulos nimis fabulosa videantur. ante paucos annos propinquus noster Brachus nobilitatem patritiam sonans nomine. cum prefecturam regeret vrbanam. nonne specum mitre et omnia portentosa simulachra. quibus Sorax Niphus miles Leopertes. belios Rominus pater inicianitur. subuertit. fregit et vssit. et his quasi obsidibus ante premissis impetrauit baptismum christi: Solitum dinem patitur et in vrbe gentilitas. **Dij** quondam nationum cum bubo nibus et noctuis in solis culminibus remanserunt. **Uox** illa militum crucis insignia sunt. **Regum** purpuras et arcentes diadematum gemmas patibuli salutaris pictura codecorat. **Iam** egyptus. olim Serapis Christianus factus est. **Marnas** gaze luget inclusus. et euerisionem templi iugiter pertinet. **De India.** Persice. ethiopia monachorum quotidie turmas suscipim. **Deposuit** pharetras armenius. **Vani** discunt psalterium **Scythie** frigora feruent calore fidei. **Setarum** rutilus et flauus exercitus ecclesiarum circumfert tentoria. et ideo forsitan contra nos equa pugnant acie. quia pari religione consistunt. **Pene** lapsus sum ad aliam materiam. et currete rota dum vrcum facere cogito. amphoram finxit manus. **Propositum** enim mihi erat sancte **Marcelle** et tuis precibus in ciatum ad martyrem. id est ad te sermonem dirigere. et docere quomodo instituere paulam nostram debeas. que prius in Christo consecrata est quam genita. quam ante nosti quam in vtero concepisti. **Vidimus** aliquid temporibus nostris de prophetarum libris. **Anna** sterilitatem alui fecunditate mutauit. **Tu** luctuosam fecunditatem vitalibus libris commutasti. **confidens** loco accepturam te filios. que primum fecum domino reddidisti. **Ita** sunt primogenita que offeruntur in lege. **Sic** natus est **Samuel.** sic ortus **Sampson** est. et sic **Ioannes** baptista ad introitum **Marię** et exultauit et lussit. **Audiebat** enim verba domini per os virginis pertonantis. et de vtero matris in occursum eius gestiebat irrumperere. **Igitur** que de repromissione nata est. dignam habeat ortu suo institutionem parentum. **Samuel** nutritur in templo. **Ioannes** in solitudine preparatur. **Ille** sacro crine venerabilis est. **vinum** et siceram non bibit. adhuc paruulus cum domino sermocinatur. **hic** fugit vrbes. zona pellicea cingitur. locustis alitur. et melle siluestri. et in tyrum penitentię predicandę tortuosissimi animalis vestitur exuius. **Sic** erudienda est anima que futura est templum dei. nihil aliud discat audire. nihil loqui. nisi quod ad timorę dei

Hieronymi

pertinet. **C**urpia non intelligat. cantica mundi ignoret. **A**dhuc tenera lingua plalinis dulcibus imbuetur. **P**rocul sit etas lasciuia puerorum. ipse puellę et pedisseque a secularibus consortijs arceantur: ne quod male didicerint peius doceant. **N**ant ei litterę vel buxę. vel eburnę. et suis nominibus appellentur. **A**udat in eis. vt ludus eius eruditio sit. et nõ solum ordinem teneat litterarum et memoriã nominũ. et cantica trãse at. sed ipse inter se crebro ordo turbetur. et medijs vltima. primis media miscantur. vt eas non sono tantum. sed et visu nouerit. **C**um vero coeperit tremantimanu stilum in ceram ducere. vel alterius supraposita manu teneri regantur articuli. vel in tabella sculpantur elementa. et per eosdem sulcos marginibus trahantur vestigia. vt foras non queant euagari. **S**yllabas iungat ad purum. et quibus illa etas delectari potest. minusculis inuictetur. **H**abeat et in discendo socias. quibus inuictetur: quarum laudibus mordeatur. non obiurganda est si tardidior sit. sed laudibus excitandum est ingenium. vt vicisse gaudeat. et victa doleat. **C**auendum in primis ne oterit studia. ne amaritudo eorum percepta in infantia ultra rutes annos transeat. **I**psa nomina per que consuevit paulatim verba contempere: nõ sunt fortuita. sed certa et coaceruata. de industria videlicet prophetarum et apostolorum. et omnis ab **A**dã patriarcharum series. de **M**attheo **A**ucaq; descēdat. vt dum aliud agit future memorię preparetur. **M**agister probe etatis et vite conditionisq; est diligendus. nec poterit erubescere vir doctus id facere in propinqua vel nobili virgine: quod **A**ristoteles fecit in **P**hillippi filio. vt ipse in librariis orum vtilitate inuita monstraret litterarum. **N**on sunt contemnenda quasi parua: sine quib; magna constare non possunt: ipse elementorum ordo. et parua institutio preceptorum. aliter de erudito. aliter de rustico ore profertur. **U**nde et tibi est prouidendum. ne ineptis blanditijs seminatum. dimidiata dicere verba filiam consuescas. et in auro atq; pura ludere. quorum alterum lingue. alterum moribus officiat. ne discat in tenero. quod ei postea dediscendum est. **G**racchorum eloquentię multum ab infantia sermo matris cõtulisse scribitur. **P**ortęsi oratio inter paternos sinus coaluit. **D**ifficiliter raditur quod rutes animi perbibent. **L**anarum conchylia quis in pristinum colorem renouet. **R**ecens testa diu et saporem retinet et odorem. quo primũ imbuta est. **G**reca narrat historia **A**lexandrum potētissimum regem orbis dominatorem. et in moribus. et in incessu **A**cenidis pedagogi sui non potuisse carere vitijs. quibus adhuc paruulus fuit infectus. **P**rocliuus est enim malorum

Epistole

emulatio. et quorum virtutes assequi nequeas. cito imitaris vitia. **I**u-
trix ipsa non sit temulenta. non lasciuia. non garrula: habeat modestam
gerulam. nutritium grauem. Cum auum viderit in pectus eius transfili-
at. et collo deprecatur. nolenti alleluia decanter. Rapiat eam auia. patrem
risib⁹ agnoscat. sit omnib⁹ amabilis. et vniuersa ppinquitas rosa ecclesie
signata gaudet. Discat statim quam alteram habeat auiam. quam ami-
tam. cui imperatori. cui exercitui tyricula nutriatur. illas desideret. At
illa tibi imitetur ab excessu. ipse habitus et vestibus deceat ei cui promissus
satis. Cane ne aures ei⁹ perfores. ne cerusa et purpurisso consecrata **Chri-**
sto ora depingas. nec collum auro et margaritis premas. nec caput gem-
mis oneres. nec capillum irruffes. et ei aliquid de gehene ignibus au-
spiceris. Habeat illas margaritas quibus postea venditis emptura est
preciosissimum margaritum. Preterata nobilissima quondam femina.
audente viro Dometio. qui patruus Eustochij virginis fuit. habi-
tum eius cultumq; mutauit. et neglectum crimen mundano more tenuit.
vincere cupiens et virginis propositum et matris desiderium. et ecce si-
bi eadem in nocte cernit venisse angelum terribili voce minantem pœnas
et hæc verba frangentem. Tu ausa es viri imperium præferre **Christo**:
Tu caput virginis dei tuis sacrilegis atrectare manibus. que iam nunc
arescent. vt sentias excruciatam quid feceris. et finito mense quinto ad in-
ferna ducaris. Sin autem perseveraueris in scelere. et marito simul or-
haberis et filijs. Omnia per ordinem expleta sunt. et seram misere pœni-
tentiam velox signauit interitus. Sic vlciscitur **Christus** violatores
templi sui. sic gemmas et preciosissima ornamenta defendit. et hoc retu-
li. non qd insultare velim calamitatibus infeliciu. sed vt moneam cum
quanto metu et cautione seruare debeas quod deo spondidisti. Deli sacer-
dos offendit deum ob vitia liberorum. **Episcop⁹** fieri non potest qui
filios habuerit luxuriosos. non subditos. et contrario de muliere scribi-
tur. **Q**d salua fiet per filioꝝ generationem. si permanserit in fide et cha-
ritate et sanctificatione cum pudicitia. Si perfecta grās et sui iuris im-
putatur patribus quanto magis lactens et fragilis. que iuxta sententi-
am domini ignorat dextram ac sinistram. id est boni et mali nescit differ-
rentiam: **S**i sollicita prouidet. ne filia percuriatur a vipera. cur non ea-
dem cura prouideas. ne feriatur a malleo vniuersę terre: ne bibat de aus-
reo calice **Babylonis**: ne egrediatur cum **Dina**. et velit videre filias re-
gionis alienę. ne ludat pedibus. ne trahat tunicas. **U**lencia non dan-
tur nisi melle circumlita. et vitia non irrepunt nisi sub specie vmbraꝝ

virtutum. Et quomodo inquires. peccata patrum filiis non redduntur. nec filiorum parentibus. sed anima que peccauerit. ipsa morietur: Hoc de his dicitur qui possunt sapere. de quibus in euangelio scriptum est. Aetatem habet. loquatur per se Qui autem paruulus est. et sapit ut paruulus. donec ad annos sapientie. et Pythagoree littere. y. cum perducatur ad biuuium. tam bona eius quam mala parentibus imputantur. Nisi forte existimas christianorum filios. si baptisma non receperint. ipsos tamen reos esse peccati: et non etiam scelus referri ad eos qui dare noluerint. maxime eo tempore quo contradicere non poterant qui accepturi erant. Si in regione vite salus infantium maiorum lucrum est. offerre filiam potestatis tue fuit. quae alia sit tua conditio que prius eam nouisti quam conciperes. ut autem oblata non negligas. ad periculum tuum pertinet. Qui claudam et inutilem qualibet force maculatam obtulerit hostiam sacrilegij reus est. quanto magis qui partem corporis sui. et illibate anime puritatem regis amplectitur parat. si negligens fuerit punietur. postquam grandis uscula esse coeperit. et in exemplum sponi sui crescere sapientia. etate et gratia apud deum et homines. pergat ad templum veri patris cum parentibus suis. sed cum illis non egrediatur de templo. Querant eam in itinere periant nisi in aduentu scripturarum prophetarum et apostolorum de spiritalibus nuptiis sciscitentem. Imitetur Mariam quam Gabriel solam in cubiculo suo reperit. et ideo forsitan timore perterrita. quia virum quem non solebat asperit. emuletur eam de qua dicit. Omnis gloria eius filie regis abintus. Loquebat et ipsa electo charitatis iaculo vulnerata. Intra duxit me rex in cubiculum suum. Nunquam exeat foras. ne inueniat eam qui circumuehit ciuitatem. ne percutiat et vulneret. et auferat spiritum pudicitie. et nudam in sanguine derelinquat. quin potius cum aliis ostium eius pulsauerit. dicat Ego murus. et verba mea turris. laui pedes meos. non possum inquinare eos. Non vescat in publico. ad est in parietum conuiuio ne videat cibos quos desideret. Et licet quidam putet maioris esse spiritus. presentem contemneret voluptatem. tamen ego arbitror securioris continentie esse nescire quod querat. Legi quondam in scholis puer. Egredere reprobatus quod finis consuecere. Disceat iam nunc et vinum non bibere in quo est luxuria. Ante annos robuste etatis periculosa est teneris et grauis abstinentia. usque ad idem tempus si necessitas postulauerit et balneas ateat. et vino utatur modico propter stomachum. et carni edulio sustentet. ne prius deficiat peccata quam currere incipiat. et hoc dico in iura indulgentiam. non in iura

Epistole

perium. timens debilitatem. nō docens luxuriam. alioquin quod iudais
ca superstitio ex parte facit in reiectione quorundā animalium atq; esca
rum. quod & ludorum Baccananes. & egypciozum Hymnophiste in po
lente & orizē. et pomorum solo obseruant cibo: cur virgo christi non fa
ciat in toto? Si tanti vitrum. quare non maioris sit precij margaritū?
Dūc nata est ex promissione sic viuat. vt illi dixerūt. qui de repromissio
ne generati sunt. Aequa gratia equū habeat & laborem. Surdasit ad or
gana tybia. lyra. cythara: cur facta sint. nesciat Reddat tibi quotidie pē
sum de scripturarum floribus seruum. Discat grecorum versuum nume
rum. sequatur statim & latina eruditio. quē si non ab initio os tenerum
composuerit. in peregrinum sonum lingua corrūpitur & externis vitijs
sermo patrius sordidatur. Te habeat magistrum. te viridis imitetur
infantia. nihil in te & in patre suo videat. quod si fecerit. peccet. Memē
te te vos parētes virginis. & id scitote. magis eam exemplis doceri pos
se q̄ voce. Cito flores percūt. cito violas & lilium et crocum pestilens au
ra corrumpit. Nunq; absq; te procedat in publicum. Basilicas marty
rum. & ecclesias sine matre nō adeat. Nullus ei iuuenis. nullus incin
natus ardeat. Virgiliarum dies & solēnes pernoctationes sic virgini
cula nostra celebret. vt ne trāsuerſo quidem vngue a matre discedat. No
lo te ancillulis suis aliquam plus diligat. cui⁹ crebro auribus susurret.
Quicquid vni loquitur. hoc omnes sciāt. Placeat ei comes nō compta
neq; formosa atq; lasciuia. quē liquido gutture carmen dulce moduletur
sed gravis. pallēs. sordidata. subtristia. proponatur ei probe fidei. ac mo
rum & pudicitie virgo veterana. quē illā doceat. & assuescat exemplo ad
orationes & psalmos nocte cōsurgere. mane hymnos canere. tertia. sexta
nona hora stare in acie quasi bellatricem christi. Accensaq; lucerna red
dere sacrificium vespertinum. Sic dies transeat. sic nox illam inueniat
latroātem. orationi lectio. lectio succedat oratio. Breue videbitur tem
pus. quod tantis dierum varietatib⁹ occupatur. Discat lanam facere. te
nere colum. ponere in gremio calathum. rotare fulum. stamina pollice
ducere. spernat bombicum telas. sericū. vellera & aurum in fila lentescēs
Talia vestimēta portet quibus pellatur frigus. non quibus vestita cor
pora nudētur. Libus eius olusculum sit & similia. caroq; et pisciculi. Et
ne gule p̄ recepta longius traham. de quibus in alio loco plenius sum lo
cutus. sic comedat vt statim esuriat. vt statim post cibum possit legere &
psallere. Displicent mihi (in teneris maxime gratibus) longa et immo
terata ieiunia. in quibus iunguntur hebdomades & oleę in cito. ac poma

Hieronimi

vetantur. Experimento didici. asellum in via cum lassus est. diuerticu-
la querere. Faciant hoc cultores Iſidis et Cybele. qui gulosa abstinentia
phalices aues. ac fumantes turtures vorant. ne scilicet cerialia dona
contaminet. hoc in perpetuo ieiunio sit preceptum. vt legitimi itineris
vie perpetuo superetur. ne in prima mansioni currentes. corruamus in
medijs. Ceterum vt ante scripsi. in quadragesima continentie vela per-
tenda sunt. et tota aurige rheticula equis laxada properantibus. Quam-
q̄s alia sit conditio secularium. alia virginum et monachorum. Secu-
laris homo in quadragesima ventris ingluuiem decoquit. et in cochlea-
rum morem suo ipse succo sustentatur. vt futuris dapibus ac sagine alio
quantulum parcat. Virgo et monachus sic in quadragesima cibos dis-
mittant. vt sibi meminerint semper esse currendum. Finitus labor mode-
rator. infinitus immoderator est. Ibi enim respiramus. hic perpetuo
incedimus. Sed quando ad suburbana pergis. domi filiam non relin-
quas. nesciat sine te posse vincere et cum sola fuerit. pertimescat. non habe-
at colloquia secularium. et malarum virginum contubernia. Non in-
terit nuptijs seruulorum. neq; familie perstreptus lusibus miscatur.
Scio precepisse quosdam. ne ego christi cum eunuchis lauet. nec cum
maritatis feminis. quia alij non deponat animos virosum. alij tamen
tibus vteris preferant fœditatem. Mibi omnino in adulta virgine las-
uacra displicet. que seipsam debet et erubescere. et nudam videre non pos-
se. Si enim vigilijs et ieiunijs macerat corpus suum et in seruitutem re-
digit. si flammam libidis et incensum feruentius extinguere cupit conti-
nentie frigore. si appetitus sordidus turbare festinat naturalem pulchri-
tudinem. cur e contrario balnearum somentis sopitos ignes suscitatur.
Pro gemmis et serico diuinos codices amet. quibus non auri et pellis
Babylonię vermiculata pictura. sed ad fidem placeat emendata et erudi-
ta distinctio. Discat primo psalterium. his se canticis sanctam vocet. et
in Prouerbijs Salomonis erudiat ad vitam. In Ecclesiasten con-
suetat que mundi sunt calcare. In Job virtutis et patientie exempla se-
cretur. Ad euangelia transeat. Jamq; ea positura de manibus. apostolo-
rum acta et epistolas tota cordis imbibat voluntate. Cumq; peccatoris sui
cellarium his opibus locupletauerit. mandet memorie prophetas. Pen-
tateuicum et Regum et Paralipomenon libros. Et dare quoq; et De-
ster volumina. Ad vltimum sine periculo discat Canticum canticorum.
quem si in ecoridio legerit. sub carnalib; verbis spiritualium nuptiarum
epithalamium non intelligens. periculū est ne vulneretur. Caveat omni

Epistole

nia apocripha. Et si quando ea non ad dogmatū veritatem. sed ad signorū reuerentiam legere voluerit. sciat non eorum esse quorum titulis prenotantur. Multaq; his admixta vitiosa. et grandis esse parentis aurū in luto querere. Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasij epistolas et Hilarij libros inoffenso currat pede. Illorum tractatibus. illorum delectetur ingenijs. in quorum libris pietas fidei non vacillat. Ceteros sic legat. vt magis iudicet q̄ sequat. Respōdebis. Quos modo hec omnia mulier secularis in tanta frequentia hominum Ros me custodire potero? Noli ergo subire onus quod ferre non potes. sed postq̄ ablacraueris eam cum Isaac. et vestieris cum Samuele mitte auig et amite. Redde preciosissimā gemmam Marię. et cunis Iesu vāgentis impone. Nutriatur in monasterio. sit inter virginum choros. iurare non discat. mentiri sacrilegium putet. nesciat seculum. viuat angelice. sit in carne sine carne. Omne hominum genus sui simile putet. et vt cetera taceam. certe te liberet seruandi difficultate. et custodię periculo. melius est desiderare absentem q̄ pauere ad singula. quid loquatur: cum quo loquatur. cui annuat. quę libenter aspiciat. Trade Eustochio paruulam. cui nunc et ipse vagitus pro te oratio est. trade comitem sanctitatis futuram heredem. illam videat. illam amet. illam primis meretur ab annis. cui et sermo et incessus et habitus doctrina virtus est. Sit in gremio auig. quę repetat in nepte quicquid pręmisit in filia. quę longo vso didicit nutrire. seruare. docere virgines. in cuius corona centena rj quotidie numeri castitas tequitur. foelix virgo. foelix paula Loxorij. quę per auig amiteq; virtutes nobilior est sanctitate q̄ genere. Si tibi contingeret socrum et cognatam tuam cernere. et in paruis corpusculis ingentes animos contuereris. pro insita tibi pudicitia non ambigere quin pręceteres filiam. et primam dei sententiā in secundam euangelij legem mutares. et paruipendentes aliorum desideria liberorum. et tempus magis offerres deo. Sed quia tempus est amplexandi et tempus longe fieri a completib; et vxor non habet potestatem corporis sui. et vnus quisq; in qua vocatione vocatus est in ea permaneat in domino. et qui sub iugo est. ita debet currere. ne in luto comitem derelinquat. totum redde in sobole. quod in te interim distulisti. Anna filium quem deo vouerat. postq̄ obtulit in tabernaculo nunq; recepit. indecens arbitrata. vt futurus propheta in eius domo cresceret. quę adhuc alios habere cupiebat. Dumte postq̄ concepit et peperit. non est ausa ad templum accedere. et vacua apparere coram domino. nisi prius redderet quod debebat.

Hieronymi

6
taliq; immolato sacrificio, reuēsa domum, quinq; liberos sibi genuit, q; primogenitū deo peperat. Miraris felicitate sanctę mulieris, imitare fidem. Ipse si Paulam miseris, et nutritium et magistrum spondeo: gestato humeris, balbutiētia senę verba formabo, multo gloriosior mūdi philosopho, qui nō regem Macedonum Babylonio periturum veneno, sed ancillam et sponsam Christi erudiam: regnia cęlestibus offerendam.

Incipit epistola beati Hieronymi ad Eliodorum nondum episcopum exhortatoria: quia illum hortatur: ut domo: cognatis diuitijsq; relictis ad eremum deo militaturus accedat, pericula habitationis in vrbib; seruis dei et demonum tentamēta describens. Ubi etiam ambitum reprimūt sacerdotij ac episcopatus: de periculo illius status edisserens, et eremum ac solitudinem effrens: ad extremum futurum iudicium representans.

Epistola.

Quanto amore et studio contenderim: ut pariter in eremo moraremur cōsium mutę charitatis pectus agnoscat, quibus lamentis: quo dolore, quo gemitu: te abeunte profectus sum: iste quoq; litterę testes sunt, quas lachrymis cernis inter litas. Verum tu quasi paruulus delicatus cōtemptum rogantis per blandimenta fouisti, et ego incautus: quid tunc agerem nesciebam. Facerem: Sed quod ardentem volebam, moderate dissimulare non poteram. Impensius obsecrāre: sed audire nolebas: quia similiter non amabas, quod unū potuit: spreta charitas fecit, quem presentem retinere non valuit: querit absentem. Quoniam igitur et tu ipse abiens pestulabas, ut tibi postq; ad deserta migrassem imitatoria ad te scripta transmitterem, et ego me facturum promiseram. Inuito, Jam propera. Nolo pristinarum necessitudinum recorderis. Nudos amat eremus, Nolo te antiquę peregrinationis terreat difficultas. Que in Christum credis, et eius crede sermouibus. Quęrite primum regnum dei, et hec omnia opponentur vobis. Non pera tibi sumenda, non virga est, Assatim diues est, qui cum Christo pauper est. Sed quid ago? Rursus improbus obsecro, Abiant preces, blandimenta discedant, Debet amor lesus irasci.

Epistole

Qui rogantem contempseras. forsitan audias obiurgantem. Quid facis in paterna domo delicate miles: vbi vallit: vbi fossa: vbi hyems acta sub pellibus: Ecce te cœlo tuba canit: Ecce cum nubibus rebellaturus orbem. Imperator armatus egreditur. Ecce bis acutus gladius ex regis ore procedens. Obuia queq; metit. et tu mihi de cubiculo ad aciem. tu de umbra egrederis ad solem. Corp⁹ assuetum tunica. lorice onus non fert. Caput opertum lintheo. galeam recusat. Nolle ocio manum durus exasperat capulus. Audi edictum regis tui. Qui non est mecum. contra me est. et qui mecum non colligit spargit. Recordare tyrocini⁹ tui diem. quo Christo in baptisinate cœsepultus. in sacramenti verba iurasti. pro nomine eius non te patri parceris esse. non matri. Ecce aduersarius in pectore tuo. Christum conatur occidere. Ecce donatiui quod militaturus acceperas. hostilia castra suspirat. Licet paruuulus ex collo pendeat et ne possit. licet sparso crine et scissis vellibus. vbera quibus tenuit riat mater ostendat. Licet in lumine pater iaceat. per calcato perge patre. siccis oculis ad verillum crucis euola. Solum pietatis gen⁹ est. in hac re esse cruciatum. Veniet. veniet postea dies: quo victor reuertaris in patriam. quo Hierosolimam cœlestem vir fortis coronat⁹ incedas. Tunc municipatum cum Paulo capies. Tunc et parentibus tuis eiusdem ciuitatis ius peres. Tunc et pro me rogabis. qui te vt vinceres. in citauit. Neq; vero nescio qua te dicas nunc cœpete prepediri. Non est nobis ferreum pectus nec dura pœordia. Non ex silice natos Hyrcanę nutrire tigrides. et nos per ista transiuim⁹. Nunc tibi blandis vidua soror heret lacertis. nunc illi cum quibus adoleuisti vernaculi aut. Cui nos seruuturos relinquis? Nunc et gerula quondam: iam anus. et nutritius secundus post naturalen pietatis patrem clamitat. Cui nos morituros relinquis? Expecta paulisper et sepeli cras forsitan morituros. Et laxis vberum pellibus mater. arata rugis fronte. antiqui referens manima lallare cœgeminet. Dicant si volunt et grandiloqui. In te omnis domus inclinata recumbit. facile rumpit hec vincula amor Christi. et gehener timor. At cœtra scriptura precipit parentibus obsequendum Sed qui cœq; eos super Christum amat. perdit animam suam. Gladium tenet hostis vt me perimat et ego de matris lachrymis cogitabo: Propter patrem militiam Christi deseram. cui sepulturam Christi causa non debet: Domino passuro tuis mite Petrus consulens scandalum fuit. Paulus remittentibus se fratribus. ne Hierosolimam pergeret. respondit. Quid facitis plorantes. et conturbantes cor meum? Ego enim non solum ligari. sed et mori in Die

Hieronimi

7
rusalem paratus sum pro nomine domini nostri Jesu christi. Aries iste
periculis quo fides quatitur euangelij. retundendus est mucrone. Ma-
ter mea et fratres mei hi sunt. quicumque faciunt voluntatem patris mei qui
in caelis est. Si credat in Christum. faueat mihi pro eius nomine pugna-
turo. Si non credat. mortui cõsepeliant mortuos suos. Sed hoc ais in
martyro. Erras frater erras. Si putas unquam christianum persecutio-
nem non pati. et tunc maxime oppugnaris. si te oppugnare nescis. Aduer-
sari noster tanquam leo rugiens. aliquem deuorare querens circuit. et tu pacem
putas. Sedit in insidijs cum diuitibus. ut in occultis interficiat innocen-
tem. Oculi eius in pauperem respiciunt. Insidiat in occulto sicut leo in spe-
lunca sua. insidiat ut rapiat pauperem. Et tu frons doli artoris rectus in
braculo. molles somnos futurus praeda carpis. Inde me persequitur luxuria.
Inde auaricia conatur irrumpe. Inde venter meus vult mihi deus esse pro
christo. Compellit libido ut habitatem in me ipsum sanctum sagem. ut
templum eius violem. Persequitur inquam in hostis. Cui nomia mille. mille
le nocendi artes. Et ego infelix victorem me putabo. dum capior. Nos-
lo ego te frater charissime exanimato potere delictorum inuicem credas ido-
latricae nomia esse que dicimus. Immo apostoli disce sententiam qui ait.
Hoc enim scitote intelligentes. quod omnis fornicator. aut immundus. aut aua-
rus. aut fraudator. quod est idolorum seruitus. non habet hereditatem in regno
Christi et dei. Et quicquid generaliter aduersum deum sapiat quicquid diaboli
est. et quod diaboli est idolatria sit. cui omnia idola mancipant. Tamen et
in alio loco speciatim. nominatimque determinat dicens. Mortificate mem-
bra vestra que sunt super terram. reponentes fornicationem. immunditiam
et concupiscentiam malam. et cupiditatem. et auariciam. que sunt idolorum
seruitus. propter que venit ira dei in filios diffidentie. Non est tantum
in eo seruitus idoli. si quis duobus digitulis thura compressa in bustum
are iaciat. aut haustum patera poculum fundat merum. Neget auarici-
am esse idolatriam. qui potest triginta argenteis dominum veduntum ap-
pellare iusticiam. Neget sacrilegium esse qui in libidine sedet. qui mem-
bra christi et hostiam vanam placetem deo. cum publicorum libidinum
vicinis nefaria colluione violauit. Non fateatur fraudem idolatri-
am esse. sed similes eorum. qui in actibus apostolorum ex patrimonio
suo partem precij reseruantes. presenti perire vindicta. Animadu-
erte frater non tibi licere de tuis quicquam habere rebus. Omnis (in-
quit dominus) qui non renunciauerit omnibus que possidet. non po-
test meus esse discipulus. Cur timido animo christianus es. Respice
cum Petro relictum rhere. Respice surgentem de theloneo publicanum

Epistole

statim apostolum. Filius hominis non habet vbi caput suū reclinet. et tamē amplas porticus. et ingentia tectorū spacia metiris: hereditatē expectās seculi: coheres christi esse nō poteris Interpretare vocabulū monachi: hoc est nomen tuū. Quid facis in turba qui solus es? Et hoc ego non integris: rate vel mercib⁹: nec quasi ignarus fluctuū doctus nauitaturus voce denuncio. In illo estu charybdis luxurie salutem vorat. Ibi ore virgineo: ad pudiciē perperitāda naufragia: scyllēum relinens libido blanditur. Dic barbarum litus. Dic diabolus pirata cum socijs portat vincula capiēdis. Nolite credere: nolite esse securi. Licet in modum stagni fuscum equoz ardeat: licet vix lumina iacētis elemēti spiritu terga crispētur: magnos hic campus montes habet intus inclusos Intus est periculum: intus est hostis. Expedite rudentes. vela suspēdite. Crux antennę figatur in frontibus: tranquillitas ista tempestas est. Sed forsitan dicimus es. Quid ergo? Quicumq; in ciuitate sunt christiani non sunt: Non est tibi eadem causa que ceteris. Audi dominum dicentem. Si vis perfectus esse. vade vende omnia tua. et da pauperib⁹. et veni sequere me. Tu autem perfectus te esse pollicit⁹ es. Nam cum dederis licentia domo et militia: te castrasses ppter regna coelozū: quid aliud q̄ perfectam sectatus es vitam? Perfectus autem seru⁹ christi. nihil pter christum habet. Atsi quid pter christum habet: perfectus non est. Et si perfectus non est. cum se perfectum fore deo pollicit⁹ sit: deo ante mentitus est. Os autem quod mentit⁹ occidit animam. Igitur vt cōcludam. Si perfect⁹ es: cur bona paterna desideras? Si perfectus non es. dominum sefellisti. Diuini euāgelium vocibus tonat. Non potestis duobus dominis seruire. Non enī potestis deo seruire et mānōne. Et audet quisq; mendacem Christum facere: mānōne et domino seruiēdo: Uociferatur ille sepe. Si quis vult post me venire: abneget semetipsum. et tollat crucem suam et sequatur me Et ego onustus auro arbitror me christum sequi: Qui dicit se in christum credere: debet quomodo ille ambulauit et ipse ambulare. Nō si nihil habes (vt te responsurum scio) cur tam bene paratus ad bella non militas: nisi forte in patria tua te arbitraris hoc facere. cum in sua domin⁹ signa non fecerit. Cur id cum auctoritate summa defendis? Sume responsionem. Nemo propheta in patria sua honorem habet. Non quero in quies honorem: sufficit mihi cōscientia mea. Neq; domin⁹ querebat. Quippe ne a turbis rex cōstitueret. aufugit. Sed vbi honor non est. ibi cōtemptus est. Ubi autem cōtemptus. ibi frequēter iniuria. Ubi autem iniuria. ibi et indignatio. Ubi indignatio. ibi et

Hieronimi

quies nulla. Ubi quies nulla. ibi mens a proposito sepe deducitur. Ubi autem alicui per inquietudinem aliquid aufertur ex studio. min⁹ fit ab eo quod tollitur. Et ubi min⁹ est. perfectum non potest dici. Et hac supputatione illa summa nascitur. monachum perfectum in patria sua esse non posse. Perfectum autem esse nolle relinquere est. Sed de hoc gradu pullus. prouocabis ad clericos. An de his aliquid autem dicere: qui certe in suis urbibus comorantur? Absit autem ut quicquid de his sinistrum loquar: qui apostolico gradui succedentes. Chulsi corpus sacro ore conficitur: per quos et nos chulsi sumus. Qui clauis regni coelorum habentes: quodammodo ante iudicij diem iudicant: qui sponsam domini sobria castitate conseruant. Sed et alia (ut ante perfrinxi) monachorum est vita. alia clericorum. Clerici ones pascunt. ego pascor. Illi de altario uiuunt: mihi quasi infructuose arbori: securis ponitur ad radicem. Si minus ad altare non desero. nec possum obtinere paupertate: cum in euangelio animum uideam. duo que sola sibi supererant era. mittentem in gazo philatium laudat dominus. Mihi ante presbyterum scire non licet. Illi si peccauero. licet tradere me sathan in interitum carnis ut spiritus saluus sit in die domini iesu. Et in veteri quidem lege. quicumque sacerdotibus non obtemperasset aut extra castra positus lapidabatur a populo. aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. Nunc uero in obediens spiritali mucrone truncatur. aut eiectus de ecclesia rabido demonum ore discerpitur. quod si te quoque ad eundem ordinem pia fratrum blandimenta sollicitat: gaudebo de ascensu. timebo de lapsu. Qui episcopatum desiderat. bonum opus desiderat. Scimus ista: sed iunge quod sequitur. Oportet autem huiusmodi irreprehensibilem esse: uirum. sobrium. pudicum. prudentem. ornatum. hospitalem. docibilem. non uolentem. non percussorem. sed modestum. et ceteris que de eo sequuntur explicitis: non minorem in tercio gradu adhibuit diligentiam dicens. Diaconos sicut militer pudicos. non bilinques. non multo uino deditos. non turpis laceri appetitores: habentes ministerium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum. et sic ministrent nullum crimen habentes. Ut illi homini qui vestem non habens nuptialem ingreditur ad coenam. Nihil superest nisi ut statim audiat. Amice quomodo huc intrasti. non habens vestem nuptialem? Et illo obmutescere dicatur ministris. Tollite illi: ligatis manibus et pedibus. et mittite eum in tenebras exteriores. ubi erit fletus et stridor dentium. Ut illi homini qui acceptum talentum in sudario ligas: ceteris lucra facientibus. id tantum quod acceperat referuauit. Ilico indignatis domini responsione ac clamore ferietur. Serue nequam:

Epistole

quare non dedisti pecuniam meam ad mensam. et ego veniens cum visus
ris exegissim eam: id est. deposuisses ad altare quod ferre non poteras.
Dum enim tu ignavus negociator denarium tenes. alterius locum qui
pecuniam duplicare poterat. occupasti. Quam ob rem sicuti qui bene
ministrat bonum opus sibi acquirit. ita qui indigne ad calicem domini
accedit. reus erit corporis et sanguinis domini. Non omnes episcopi. epis
copi sunt. Attendis Petrum. sed et iudam considera. Stephanum suspi
cis. sed et Nicolaum respice. quem dominus (vt Joanes testatur in Apo
calypsi) sua damnat sententia. Qui tam turpia et nefanda comentatur est.
vt Nicolaitarum heresis ex illa radice nascatur. Prober se vnusquisqz.
et sic accedat. Non facit ecclesiastica dignitas christianum. Cornelius
centurio adhuc ethnicus. dono sancti spiritus mundatur. Presbyteros
Daniel puer iudicat. Amos sycomorum mora restringens. repente pro
pheta effectus est. David pastor eligitur in regem. Nummum discipu
lum Iesus amat plurimum. Inferius frater accumbe. vt minore adues
niente. sursum inbearis ascendere. Super quem dominus requiescat. ni
si super humilem et quietum. et trementem verba sua: Cui plus committi
tur. plus ab eo exigitur. Potentes potenter tormenta patientur. Nec si
bi quisquam de corporis tantum mundi castitate supplaudat. cum de om
ni verbo ocioso que deus locuti fuerint homines. redditori sunt pro co
ratione in die iudicii. cum etiam comitium in fratrem. homicidium sit rea
tus. Non est facile stare loco Pauli. tenere gradum Petri. iam cum Chri
sto regnatum. ne forte veniat angelus qui scindat velum templi tui. et
candelabrum tuum de loco moueat. Edificatur turrum futuri operis sum
ptis supputa. Infatuatum sal ad nihil est vtile. nisi vt proijciatur foras.
et a porcis conculetur. Monachus si ceciderit. rogabit pro eo sacerdos.
Pro sacerdotis lapsu quis rogatur est: Sed quoniam de scopulosis lo
cis enauigauit oratio et inter canas spumeis fluctibus cautes fragilis in
altum cymba pcessit. expatenda vela sunt ventis. et questionum scopulis
transnadatis. letatum more nautarum. epilogi celeuma cantatum est. O deser
tum chulsi vernas. o solitudo in qua illi nascuntur lapides. de quo in Apocalypsi
ciuitas magni regis astruit. O cremus familiari deo gaudens. Quid
agis frater in seculo. quia maior es mundo? Quadiu te tectorum umbram pmittit. quia
diu fumosam vibram carceris includit: Crede mihi. nescio quid plus lucis aspi
cio Libet sarcina corporis abiecta ad purum etheris volare fulgore paup
tatem times. sed fratres pauperes christus appellat. labore crescit. neque athleta sine su
doe coronatur De cibo cogitas. sed frater fame non timet. super nudam metuis hu
mum excessa ieiunij membra collidit. sed dominus tecum iacet Squallida capitis hor

Epistole Hieronymi

ret inculca cesaries. sed caput tuū Christus est. Infinita eremi vastitas terret. sed tu paradysum mente deambula. Quotiescumq; illuc mente conscenderis. totiens in eremo non eris. Scabra sine balneis attrahitur cutis. Sed qui in Christo semel lotus est. non trahet necesse iterum lauare. Et vt breuiter ad cuncta audias apostolum respōdentem Non sunt condigne inquit passioēs huius seculi ad superuēcturam gloriā que reuelabitur in nobis. Delicatus es frater si et hic vis gaudere cum seculo. et postea regnare cum christo. Veniet veniet illa dies qua corruptiū hoc et mortale incorruptionem induat et immortalitatem. Beatus seruus quem dominus inuenerit vigilantem. Tunc ad vocem tuę panebit terra cum populis: tu gaudebis. Judicaturus cum domino lugubre mūdus immugiet. et tribus ad tribus pectora ferient. Potentissimi quondam reges nudo latere palpitabunt. Exhibebitur cū prole sua Venus. Tunc ignitus Jupiter adducetur. et cum suis stultus Plato discipulis. Aristotelis argumenta non proderunt. Tunc tu rusticus et exultabis. et ridebis. et dices. Ecce crucifixus deus meus. ecce iudex qui obuoluit pannis in presepio vagiit. Dic est ille operarij et questuarię filius. hic qui matris gestatus sinu hominem deus fugit in egyptū. hic vestitus cocino. hic sentibus coronat. hic magus demonum habens et samarites. Cerne manus iudeę quas fixeras. cerne latine Romanę ne quod foderas. Utere corpus an item sit quod dicebatis clam nocte sustulisse discipulos. Dilectio tua me cōpulit. vt hec tibi frater dicere. et vt interesse contingat quibus nunc labor durius est.

¶ Finiunt epistole Hieronymi

¶ Sequuntur epistole Tullij.

b j

Epistole
C. M. T. C. Terentię Tulliole et ciui
bus. S. D.

Epistola.

Litteris multorum et sermone omnium perfertur ad me in
credibilem tuam virtutem et fortitudinem esse teque nec ani
mi: nec corporis laboribus defatigari. De miserum te ista vir
tute. fide. probitate. humanitate. in tantas criminas propter me incidisse
Tulliolamque nostram. ex quo patre tantas voluptates capiebat. ex eo tan
tos percipere luctus. nam quid ego de Cicerone dicam. qui cum primū
sapere coepit acerbissimos dolores. miseratque percepit. Quę si ita ut tu
scribis fato facta putarē. ferrem paulo facilius. sed omnia sunt mea cul
pa commissa. qui ab his me amari putabam qui inuidebant. eos non seque
bar qui petebant. quod si nostris consiliis vti essem. neque apud nos tan
tum valuisset sermo. aut stultorum amicorum. aut improborum beatissi
mi viverem. Nunc quāto sperare nos amici iubent. dabo operam. ne
mea validitudo tuo labori desit. Res quanta sit intelligo. quātoque fuerit fa
cilius manere domi quā redire. sed tamē si omnes tribunos plebem habemus.
si Lentulum tam studiosum quā videtur. si vero etiam Pompeium et ce
sarem non est desperandum de familia quomodo placuisse amicis scribis
faciemus. De loco nūc quidem abiit pestilentia. sed quādiu fuit me non
attigit. Plancus homo officiosissimus me cupit esse secum. et adhuc reti
net. Ego volebam loco magis deserto esse in Epiro. neque Dispo veniret
nec milites. sed adhuc Plancus me retinet. sperat posse fieri ut mecum
in Italiam decedat. Quem ego diem si videro. et si in vestrum cōplexum
venero. ac si et vos et me ipsum recuperaro satis mihi magnum fructum
videbor percepisse. et vestre pietatis et meę Pisonis humanitas. virtus.
amor in omnes nos tātus est ut nihil supra possit. Utinam ea res ei vo
luptati sit glorie quod videro fore. De. Qu. fratre nihil ego te accusavi. sed
vos quum presertim tam paucis sitis volui esse quā conuictissimos Qui
bus me voluisti agere gratias egi. et mea te certiorum factum esse scripsi
quod ad me mea Terentia. scribis te vicum vendituram. Quid obsecro
te me miserum: Quid futurum est: Et si nos premet eadem fortuna quod
puero misero fiet: Non queo reliqua scribere: tanta vis lachrymarum
est. neque te in eundem fletum adducam. Tantum scribo si erit in officio
amici. pecunia non deerit si non erunt. tu efficere tua pecunia non potes
ris. Per fortunas miseras nostra vide ne puerum perditum perdamus
Cui si aliquid erit. ne egeat mediocri virtute opus est. et mediocri fortuna

Tullij.

na vt cetera cōsequatur. Fac valeas. et a me tabellarios mittas. vt sciam quid agat et vos quid agatis. Mibi omnino iam breuis expectatio est. Tulliole et Ciceroni salutē dic. Datū ad sext. calē. decembris Durachij Durachium veni quod et libera ciuitatis est et in me officiosa et proxima Italie. Sed si offendet me loci celebritas. alio me conferam. ad te scribam.

M. C. Terentij. S. D.

Oli putare me ad quenq; longiores epistolas scribere nisi si quis ad me plura scripsit cui puto rescribere oportere. Nec enī habeo quod scribam. nec hoc tempore quicq; difficili facio. Ad te vero et ad nostram Tulliolam non queo sine plurimis lachrymis scribere. Vos enī video esse miserimas. quas ego beatissimas semp esse volui. idq; prestare debui et nisi tam timidi fuisset presstitissime. Pisonē nostrum merita eius amo plurimum. Eum vt potui per litteras cohortat sum. gratiasq; egi vt debui. In nouis tribunis ple. intelligo spē te habere. id erit firmum si Pompei voluntas erit. sed Crassum tamē metuo. A te quidē omnia fieri fortissime et amātissime video nec miror s; mereo casum eius modi vt tantis tuis miseris meę miserie subleuetur. Nam ad me. P. Valerius homo officiosissim⁹ scripsit id. quod maximo cum fletu legi. quemadmodum a Vesta ad tabulam valeriam ducta esses. Nam mea lux. meum desiderium. vnde omnes open petere solebat. te nūc mea Terentia sic vexari. sic iacere in lachrymis et sordibus. idq; fieri mea culpa qui ceteros seruauit vt nos periremus. Quod de domo scribis. id est de area. ego vero tum deniq; mihi video restitutus. si illa erit nobis restituta. Verum hec non sunt in nostra manu. Illud doleo que impensa facienda est in eius parte miseram et despoliatam venire. Quod si conficitur negocium. omnia cōsequemur. Sed eadem fortuna nos premet etiam ne reliquias tuas miseris proijcies. obsecro te vita mea. Quod ad sumptum attinet. et sine aliis qui possunt si modo volunt sustinere et valitudinem istam infirmā. si me amas noli vexare. Nam mihi ante oculos dies noctesq; versaris. Omnes labores te excipere video. timeo vt sustineas. Sed video in te esse omnia. Quare vt id quod speras. et quod agis consequamur. serui valitudini. Et ad quos scribam nescio. nisi ad eos qui ad me scribunt. aut ad eos de quibus ad me vos aliquid scribitis. Longius quoniam vobis ita placet. nō discedam. Sed velim quā sepissime litteras mittatis. presertim si quid est firmitus quod speremus. Valete mea desideria. valete. Datum ad tercias nonas Octobris Thessalonice.

Epistole

M. C. Terentii Tul. et ci. S. D.

Ccepi ab Aristocrito tris epistolas. quas ego lachrymis ppe te-
ui. Conficioz em̄ mœroze mea Terentia. nec me meq̄ miserie ma-
gis excruciat̄ quam tue vestre qz. Ego autem hoc miserioz sum quam tu
que es miserrima quod ipsa calamitas cõmunis ē vtriusqz nostrum. s̄
culpa mea ppria est. Neum fuit officium. vel legatiõẽ vitare periculũ.
vel diligẽtia ⁊ copijs resistere vel cadere fortiter. Hoc miserius. turpi⁹.
indignius nobis nihil fuit. quare cum dolore cõficioz. tum etiam pudorẽ
re. Pudet em̄ me vxori meq̄ optime. suauissimis liberis stutem ⁊ dilige-
tiam nõ prestuisse. Nam mihi ante oculos dies noctesqz versat̄ squalorẽ
vester ⁊ mœroz. ⁊ infirmitas valitudis tue. spes autem salutis partenu-
is ostẽdit. Inimici sunt multi inuidi penẽ omnes. Eucere nos magnũ
fuit. excludere facile est. sed tamen q̄s diu vos eritis in spe nõ deficiam. ne
omnia mea culpa cecidisse videantur. vt tuto sim. quod laboras id mihi
nũc facillimum est. quem etiam inimici volũt viuere in tantis miserijs.
Ego tamẽ faciam que precipis. Amicis quib⁹ voluisti. egi grãs. et eas
lrãs Desippo redi. meqz de eoz officio scripsi a te certiozem esse factum.
Pisonem nostrum mirifico esse studio in nos ⁊ officio. ⁊ ego perspicio.
et omnes p̄dicat. Dũ faxint. vt tali genero mihi p̄nti tecum simul ⁊ cum
liberis nostris frui liceat. Nũc spes reliqua est in nouis tribunis ple. et
in p̄mis quidem dieb⁹. Nam si inueterarit actum est. Ea re ad te statim
Aristocritum misi. vt ad me cõtinuo inuita rerum ⁊ rõnem toti⁹ nego-
cij posses scribere. Et si Desippo quoqz ita imperaui statim vt recurreret.
et ad frẽm mihi vt crebro tabellarios mitteret. nam ego co noie sum dura
chij hoc tempore. vt qz celerrime quid agat̄ audiam ⁊ sum tuto. Ciuitas
em̄ hęc semper a me defensa est. quũ inimici nostri venire dicent̄. tum in
Epirum ibo. Quod scribis si velim te ad me venturũ. Ego vero quum
scia magnam ptem istĩ⁹ oneris abs te sustineri istic ⁊ esse volo. Si per-
ficatis qd̄ agitis. me ad vos venire oportet. sin autẽ. sed mihi est op⁹ reli-
qua scribere. Ex p̄mis aut summũ secundis lrãs tuis cõstituerere poterim⁹
quid nobis faciẽdum sit. Tu modo ad me velim omnia diligẽtissime p̄-
scribas ⁊ si magis iam rem qz lrãs debeo expectare. Cura vt valeas. et ita
tibi persuadeas mihi te carius nihil eẽ. neqz nunqz fuisse. Vale mea Te-
rentia quam ego videre vidoz. itaqz debilitoz lachrymis p̄dicie calen. de
cembz. Vale.

M. C. Terentii. S. D.

Bo min⁹ sepe ad vos do lrãs qz possum. p̄ptea quod cum oia mi-
hi tempora sunt misera. tum vero quum aut scribo ad vos. aut vestras le

Tullij

go conficio: lachrymis sic vt ferre nō possim. Quod vtinam min⁹ vite
 cupidus fuissē certe nihil aut nō multum in vita mali vidissē? Nō
 si nos ad aliquam alicui⁹ commodi aliquando recuperādi spem fortuna
 reseruauit. minus est erratum a nobis. si hec mala fixa sunt. **Ego vero te**
 quam primum mea vita cupio videre. et in tuo complexu emori. quando
 neq; dy: quos tu castissime coluisti. neq; homies: q̄s ego seruauī semper
 nobis grām rettulerūt. Nos Brundisij apud **M. Ennium** flaccū di-
 ces. xij. suū virum optimum. qui periculum fortunaz et capitis sui p
 mea salute neglexit. Neq; legis improbilissimę p̄cena deduct⁹ est. quo mi-
 nus hospicij et amicitie ius. officium q̄ prestaret. **Hic vtinam aliquan-**
 do grām referre possim? Dabebim⁹ quidem semp. Brundisio p̄fecti su-
 mus ad quintum calen. maij per Macedoniam et circum petebam⁹. **D**
 me p̄ditū **D** me afflictum. quid nūc rogem te vt venias. mulierem egrā
 et corpe et animo cōfectam. Nō rogem. Sine te igit̄ sum opinor. Sic
 agam. si ē spes nobis redit⁹. eam cōfirmes et rem adiues. sin vt ego me
 tuo trāsactum est. quo quo modo potes ad me fac venias. Unum hoc sci-
 to si te habeo nō mihi videtor plane peris̄se. sed q̄d te Tulliola mea fiet
 iam id vos videte. mihi nō est cōsiliū. **Sz** certe quoquo modo res se ha-
 bebūt. illi⁹ **Miselle** et matrimonio et fame seruicium est. **Quid** Cicero
 me⁹. quid agētis. Te vero sic in sinu semp et complexu meo. Non queo
 iam plura scribere. Impedit mæror. Tu q̄d ederis nescio. vtrum aliq̄d
 teneas. an q̄d metuo plane sis spoliata. **Pisonē** vt scribis spero fore sem-
 per nr̄m. De familia liberata nihil est q̄d te moueat. Primum tuīs ita p
 missum est te facturam esse. vt quisq; eet merit⁹. Est autem in officio ad
 huc **Dzpheus**. **Pret̄ea** magnope nemo ceteroz seruozum. Ea causa ē:
 vt si res a nobis abessēt liberti nostri essent. si obtinere potuissent. Si
 ad nos ptinerēt seruiret. p̄ter q̄s oppido pauci. sed hec minora sunt. Tu
 q̄d me hortaris vt animo sum magno. et spem habeam recuperāde salutē
 id velim sit eiusmodi. vt recte sperare possim? **Nūc** miser quādo tuas iā
